Apertoq' unus sacco ut daret iumento
pabulum in diversorio contemplatus pe:
cuniam in ore sacculi dixit fratribus
suis. Reddita est mihi pecunia, En
habetur in sacco. Et obstupefacti turba=
tique mutuo dixerunt. Quidnam est
hoc quod fecit nobis Deus? Vene:
runtq' ad Jacob patrem suum in terra
Chanaan. & narraverunt ei omnia
quae accidissent sibi dicentes. Lo:
cutus est nobis Dominus terrae
dure: et putavit nos exploratores
esse provinciae. Cui respondimus.
Pacifici sumus nec ullas molimur
insidias. Duodecim fratres uno patre
geniti sumus: unus non est super:
minimus cum patre nostro est in te:
rra Chanaan. Qui ait nobis.